



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Panarion, Hoc Est, Arca Medica Variis Diuinæ Scriptvræ
priscorumq[ue] Patrvm Antidotis aduersus Animi morbos
instructa**

Busaeus, Johannes

Moguntiae, 1608

A.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54834)



PANARIUM
 ANTIDOTORVM
 SPIRITVALIVM AD-
 VERSVS ANIMI MORBOS AL-
 PHABETARIO ORDINE IN-
 structum.

A

A C E D I A

Remedia contra Acediam.



PRIMUM Remedium esto. Considera Acediam in genere suo peccatum esse lethale, & inter vitia capitalia septem numerari. Nomine enim acedia S. Pa- Aug in Psa. 106. Damal. lib. 2. cap 14. Thom. Aq. 2. 2. q. 35. 2. 1. tres fere intelligunt tedium graue in exercendis acti- onibus piis ad salutem necessariis: vt si quis ex tadio canonicarum horarum lectionem omittat, qui ad eas dicendas ratione Ordinis vel Beneficii Ecclesia-

fici est obligatus. B. GREGORIUS vocat *animi tristitiam*, eiusque effectus assignat, malitiam, rancorem, pusillanimitatem, desperationem, torporem circa precepta, & vagationem mentis erga illicita. Greg lib. 1. in 1. Reg. c. 14.

II. R E M E D. Oborto in animo fastidio, illico te ad opus praestandum accinge. Experimento enim probatum est, inquit CASSIANVS, acedia impugnationem non declinando fugiendam, sed resistendo superandam. Quod si opere inchoato difficultas aliqua obrepit, in eo persequendo foruter persiste, quia progressus laborem reddet leuiore. Vnde B. BERNARDVS. Cum te torpore, acedia, vel tadio affici sentis, noli propterea diffidere, aut desistere a studio spirituali. Et iterum. Cum inceperis tristitia implebit cor tuum, sed si perseveraueris tristitia tua conuertetur in gaudium. Tunc enim purgabitur affectus, et voluntas re- nonabitur, vel potius noua creabitur, vt omnia, quae primo difficulta, imò impossibilia videbantur, cum multa currantur dulcedine et auditate. Bern. serm. 22. in Cant. Scrm. 1. de ascens.

III. R E M E D. Si ad tedium discutiendum, opusue aggrediendum

A fis,

A C E D I A.

Eccl. 35. 21. fis æquo imbecilior, implora per humiles preces diuinum auxilium.
Pfal. 102. 18. Oratio liquidem humiliantis se, ait Sapiens, penetrabit nubes, & non discedet, donec
 altissimus aspiciat, & Reginus Psaltes. *Prospexit in orationem humilium.* Vnde S.
Aug in Psal. 106. AVGVSTINVS agens de tædio quorundam, quos, licet probabiliter in-
 ter homines sine malorum morum querela conuersarentur, nec legere
 nec orare delectabat, sic scribit *Non est ista leuis tentatio. Agnosce te in illa (ten-
 tatione tædii, cum adest) & exclama ad Dominum, vt de necessitatibus tuis etiam
 hic liberet te: & de hac tentatione liberatus cum fueris, confiteantur illi miserationes ei-
 us.* Et B. BERNARDVS. *Cum te accidia, vel tædio affici sentis, noli propterea dis-
 fidere, aut desistere à studio spiritali, sed iuuantis require manum trahi te obsecrans
 sponsæ exemplo donec denuò suscitante gratia factus promptior, alacriorq; curras & di-
 cas. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Sic autem quamdiu
 adest gratia, delectare in ea, vt non te existimes donum Dei iure hereditario possidere,
 ita videlicet securus de eo, quasi nunquam perdere possis, ne subito, cum fortè retraxe-
 rit manum, & subtraxerit donum, tu animo concidas, & tristior, quàm oportet, fias.*
Eccl. 11. 27. Et paulò post. *Curabis potius, si sapias, pro consilio sapientis, in die malorum non im-
 memor esse bonorum, atq; in die bonorum non immemor esse malorum. Ergo in die vir-
 tutis tuæ noli esse securus, sed clama ad Deum cum Propheta, & dic. Cum defecerit vir-
 tus mea ne derelinquas me.*
Psal. 70. 9.

IV. R E M E D. Si nec orationis beneficio ab omni tædio liberatus fue-
 ris, non idcirco animum desponde, sed oculos conice in Christi Domi-
 ni exemplum, qui grauissimum quoddam tædium, tum in horto orans,
Matth. 26. 38. cum diceret. *Tristis est anima mea vsq; ad mortem,* perpeffus est; tū de cruce
Matth. 27. 46. pendens, cū exclamaret, *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me.* Vnde
 liquet tædium etiam graue posse aliquando tolerari citra culpam, modo
 adsit bene agendi vel patiendi voluntas, vt erat in Christo. Hęc autem vbi
Luc. 22. 43. præsto fuerit, & de manu Dei tædii pœnam acceperis, mox suppetet tibi
 cum Christo, Angelica, imò diuina consolatio.

V. R E M. Serio considera hominis nouissima. *Memorare nouissima tua,*
Cass. coll. 16. c. 6. ait S. Scriptura, & in æternum non peccabis. Ac primo mortem. Mors enim omni-
 um vitiorum, vt loquitur Cassianus, est peremptoria. 2. Iudicium particulare
 mortem proximè consequens, cuius seueritatem expendens vir simplex
Iob. 31. 14. & 23. & rectus B. IOB. *Quid faciam, inquit, cum surrexerit ad iudicandum Deus? & cum
 quaeserit, quid respondebo illi? semper enim quasi timentes super me fluctus timui
 Deum, & pondus eius ferre non potui. 3. Infernum & vitam æternam. Frater
 V. P. dist. 2. §. 103. quidam, vt est in vitis S. Patrum, à sene Achille rogauit, cur sedens in cella pateretur
 accidiam? Cui senex ait. Quia necdum vidisti requiem, quam speramus, nec tormenta,
 quæ timemus. Si enim ea diligenter inspiceres, etiam si vermibus plena esset cella tua
 vsque ad collum, tu tamen in ipsa iaceres sine accidia.*

Vide plura, verbo, Tepiditas, otium, tristitia, desolatio, pigritia.

ADV.

ADVLATIO.

Remedia contra adulationem.

I REMEDIUM. Considera, quam grauiter diuina scriptura hoc vitium infectetur, cum generatim in omnibus qui ex laudibus aliorum gratiam aucupantur, tum speciatim in iis, qui etiam improbis assentantur. *Vae*, inquit *Isaias*, qui iustificatis impium. Et *Salomon*. Qui iustificat impium, & qui condemnat iustum, abominabilis est vterq; a quod Deum. Et iterum. Qui dicunt impio, iustus es, maledicent eiis populi. Tum *Dauid*. Laudatur peccator in desideriis animae suae, & ini quus benedicitur. Exacerbauit Dominum peccator. Adhuc & in iis, qui probis vel malis adulantur, vt eos in fraudem aliquam inducant. Vnde in *Prouerbiis* dicitur. Homo qui blandis fictis que sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus eius. Et *Propheta Ieremias*. Sagitta vulnerans lingua eorum, dolium locuta est, in ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias. Numquid super his non visitabo, dicit Dominus, aut in gentem huiusmodi non visitetur anima mea? Hinc *Sapiens*. Melius est, inquit, a sapiente corripi, quam stultorum adulatione decipi. Et. Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula blandientis.

II REMEDIUM. Considera, quam acriter idem perstringant *S. Patres*. Vt *Basilivus* in homil. in verba *Psalmi*. Ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant. Multi enim sunt, inquit, qui pro bonis prauas comprobant actiones, & vitia virtutibus vicinis honestare contendunt. Nam scurrilia loquentem urbanum ac politicum, parcum vt sobrium dispensatorem commendant, &c. In verborum namque benedictione tales omnes, execrationem vitae suae inducunt, ac reos aeterna damnationis ob ea quae approbant sese constituunt. *Hieronymus*. Proprie haeticorum est adulari, & eorum, qui decipere cupiunt audientes, dicente *Apostolo*. Huiusmodi enim Christo Domino non seruiunt, sed suo ventri, & per dulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentium. Semper insidiosa, callida, blanda est adulatio, pulchreque apud *Philosophos* definitur, blandus inimicus. *Iohannes Chrysostomus*. Prauitatem non emulari tantum, verum etiam in ea viuentes laudare supplicium haud mediocre nobis conciliat: & si fas est quiddam nouum & admirandum dicere, grauius supplicium, quam manet illos ipsos, qui male viuunt. Atque infra. Nam collaudare delinquentes, quod ad supplicij pertinet estimationem, longe plus est, quam delinquere, idque iure optimo, eo quod hoc suffragium proficiatur ab animo plane corrupto, & insanibili morbo laborante. Siquidem is, qui dum peccat, condemnat interim peccatum suum, poterit aliquando ad se redire: at qui laudat malitiam, is se priuauit curatione, quam adfert penitentia. *Augustinus*. insanit, qui laudat quod non est bonum. Si laudes iniquum, eo ipso, quod ini quus es, nonne & tu ini quus es? Si laudes furem, eo ipso quod

Isa. 5. 23.
Prouerb. 17. 17.
Prouerb. 24. 24.
Psal. 9. 21.

Prouerb. 29. 3.
Ierem. 9. 8.

Ecl. 7. 6.
Prouerb. 27. 6.

Psal. 61. 3.

Hier. 1. 1. c. 2.
Pelag.

Rom. 16. 18.

Chry. hom. 2. de
Dauid & Saul.

Aug. in Psal. 134.

In Psal. 59.
In Hier. ep. 14.

Proverb. 18. 8.
Ila j. 12.

Plato.

Laert. l. 1.

Scot. serm. 12.

Lamprid.

Matth. 11. 11.

Chr. hom. 27. in
Matth.

Matth. 21. 16.

Matth. 12. 39.

Ioan. 8. 49.

fur est, nonne et tu particeps eris? Si laudes iustum eo ipso, quod iustus est, nonne et tu inde partem habes laudando? Non enim laudares iustum, nisi amares: non amares, si nihil inde haberes. Et alibi. Duo sunt genera persecutorum, scilicet, ut iuperantium et laudantium, sed plus persequitur lingua adulatoris quam manus persequentis. PAVLINVS ad Celantiam. Adulatorum affectationes, velut quasdam pestes animæ fuge. nihil est, quod tam facile corrumpat mōtes hominum, nihil quod tā dulci et molli vulnere animum feriat. Vnde et quidam sapiens ait. Verba adulatorum mollia, feriūt autem interiora ventris. Et Dominus loquitur per Prophetam. Popule meus, qui beatificant vos, seducunt vos, et semitas pedum vestrorum dissipant. In multis isto maxime tempore regnat hoc vitium, quodq; est grauisimum, humilitatis ac beneuolentiæ loco ducitur: eo fit, ut qui adulari nescit, aut inuidus aut superbus putetur.

III. REMED. Considera, quid natura duce Ethnici de adulatoribus senserint. PLATO in Phædro, appellat feras humano generi pestilentes, similes veneficis, imò impuris dæmonibus, qui animos incautos funestis epulis foueant, & fordib. noxiis inquinent. BION apud Laertium rogatus, inter animalia quod esset perniciosius, respōdit inter fera tyrannum, inter mansueta adulatorem. ANTISTHENES, teste Stobæo, docuit melius esse in coruos, quàm in adultores incidere, quod hi viuentibus, illi mortuis oculos eruant; indicans tantam esse vim adulationis, ut hominem excæcet. Quare ALEXANDER Seuerus optimus Imperator, blandius aliquid in salutatione dicentem, aut abiici volebat, si loci qualitas pateretur, aut cachinno excipi, ut in eius vita scribit Ælius Lampridius. Certè Christianis principibus LADISLAVS Poloniae rex non veritus est palam adulantes colaphis excipere, rogatusq; cur id faceret, respondit, se percutientes repercutere.

IV. REMED. Pone ob oculos exemplum Christi Domini, qui cum S. Ioannem Baptistam multis laudibus ornare instituisset, nec præfatem, nec coram eius discipulis, ut adulationis notam defugeret, collaudauit, uti sapienter animaduertit CHRYSOST. in op. imperf. Quam bene, inquit, recedentibus discipulis cepit laudare Ioannem, non sicut quidam adultores, qui hominem in facie laudant, aut quando vident amicos eius fideles adesse, aut domesticos, quos credunt nunciaturos illi quicquid auerterint. Insuper gaudet laudari in facie: vir autem sapiens, quando laudatur in facie, flagellatur in corde. Contra verò cū ipse à scribis & Phariseis eorūq; discipulis per adulationem laudaretur, durius semper eis respondit, quàm cum impeteretur maledictis. Nam cū dicerent. Magister scimus, quia verax es, et viā Dei in veritate doces, et nō est tibi cura de aliquo; non enim respicis personam hominum, &c. Respondit. Quid me tētatis hypocritæ? Et cum miraculorum patratorum eum agnoscerent, signumq; ab eo peterent. Generatio, inquit, mala et adultera signum querit, et signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetae. At alibi cum Iudæi illi obicerent per summam

A D V L A T I O.

5

summam contumeliam. *Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demonium habes?* mansuete respondit. *Ego demonium non habeo, sed honorifico patrem meum, & vos inonorastis me.* Quo exemplo discis, si quando laudum tuarum præconia audire cogaris, minimum tristitia vultus ostendere, tibi ea displicere. *iustos enim, inquit alicubi B. GREGORIUS, laus sua cruciat, iniquos exaltat.* Et adulator, qui quærit placere, si displicere tibi suos conatus viderit, mox labellum comprimet. Deinde dicto aliquo ea auerte, uti, est illud, *non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.*

G. 26. mor. c. 27

Psal. 113. 9.

V. REMED. Operam da, ut non facile, nisi iusta ratio secus postulet, in alienis laudes, hominum maximè adhuc viuentium, prorumpas, memor dicti sapientis *Ante mortem ne laudes hominem quinquam: tum ne ipse notam adulatoris, suspicionemue placendi hominibus incurras, tum ne laudato anam præbeas elationis & iactantiæ, nihil enim est, ut supra dixit B. PAVLINVS, quod tam dulci & molli vulnere mentem feriat, ac adulatio: & si ad tempus, auctore S. GREGORIO patienter suscipitur augetur, & paulisper demulcet animum, ut à rigore suæ relictis u. l. inis mollescat in delectatione sermonis.* Unde B. CHRYSOST. ad pop. Antioch. non dubitauit affirmare, laudum humanarum, honorumque despicientiam esse angelicæ cuiusdam animæ uerticis cælestis restudinem tangentis.

Eccli. 11. 30.

G. I. mor. 30. a

10.

Chr. hom. 43.

V I D E Plura verbo. *Gloria uana. Hypocrisis. Timor humanus.*

A M B I T I O.

Remedia aduersus ambitionem.

I. REMEDIUM. Considera Spiritum sanctum in diuinis litteris nos dehortari ab ambitione, id est, cupiditate honorum & dignitatum. *Nonne querere, ait sapiens, à Domino Ducatum, neque à rege cathedram, honoris.* Et sapientum princeps CHRISTVS, cum duo eius discipuli ad dominatum aspirarent, ita redarguit eorum ambitionem. *scitis, quia principes gentium dominantur eorū, & qui maiores sunt potestatem exercent in eos: non ita erit inter vos: sed quicumque uoluerit inter uos maior fieri, sit uester minister, & qui uoluerit inter uos primus esse, erit uester seruus.* Quam eandem sententiam repetiuit & alibi dominus cum acriter scribas & Phariseos reprehendisset, quod amarent primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & uocari ab hominibus Rabbi. Deinde cum iidem discipuli exultarent, quod demonia ipsis subiicerentur respondit, *Videbam satanam sicut fulgur de cælo cadentem, indicans Luciferum de cælo ad tartara deturbatum ob factum aliis imperandi* Et addidit, *Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus subit, inuenitur uobis.* Nec mirum est Christum tam infestum fuisse ambitioni.

Eccl. 7. 4.

Matt. 20. 25.

Matt. 23. 6.

Luc. 10. 12.

A 3

bitio.

Matt. 5. 3.
Matt. 16. 24.
Matt. 5. 12.

bitionis vitio, cum primum caput doctrinae Christianae sit de humilitate contemptu sui & contumeliis perferendis Beati pauperes spiritu, id est, humiles, inquit AUGUST. quoniam ipsorum est regnum caelorum. Qui vult venire post me abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes, propter me; gaudete & exultate.

Bern. in pl. 90.

Matth. 4. 10.

Greg. p. 1 c. 7.

Matt. 23. 6.

Of. 8. 4.

Chr. hom. 43.

De. 4. 4.

Cyp. serm. de ieiun. & cent. Act. 8. 19.

II. REMEDIUM. Considera quid S. Patres de hoc vitio scripserint. S. BERNARDVS ita scribit. Ambitio, subtile malum, secretum virus, pestis occulta, doli artifex, mater hypocrisis, liuoris parens, vitiatorum origo, criminum fomes, virtutum arugo, vinea sanctitatis, excacatrix cordium, ex remediis morbos creans, generans ex medicina languorem. Et paulo post Tertia Christi tentatio de ambitione fit, quando omnia regna mundi promisit, si cadens adoraret eum. Videsne quod ambitionis via adoratio diaboli est, qua videlicet ad honores & gloriam mundi perueniendum suis ille adoratoribus pollicetur? B. GREGORIVS initio pastoralis. Sunt nonnulli, qui intra sanctam Ecclesiam per speciem regiminis gloriam affectant honoris; videri Doctores appetunt, transcendere ceteros concupiscunt, atque accessante veritate, primas salutationes in foro, primos recubitus in caenis, primas inconuenientibus quarunt cathedras: qui suscepti cura pastoralis officium ministrare digne tanto magis nequeunt, quanto ad huius humilitatis magisterium ex sola elatione peruenierunt. Contra quos Dominus per prophetam queritur, dicens, Ipsi regnauerunt & non ex me, principes extiterunt, & ego ignoravi. Vnde ad se quibusdam & post miracula venientibus dicit. Recedite a me operarij iniquitatis. CHRYSOST. ad pop. Antioch. Vt sciat quidam veni in tranquillum mare delati eorum ab imo subruunt, ut & arena cum vndis misceatur, sic ambitio & turpis questus animam subvertentes omnia subuertunt. Excacat mentis intuitum praesertim gloria furor. nam pecunias quidem contemnere volenti satis est facile: honorem autem a multis collatum despicere multi laboris indiget, magna sapientia, angelica cuiusdam anima ipsum caelestis resplendentis verticem tangenti. non est enim, non est inquam, vitium ita tyrannicum & ubique dominans. AMBROSIVS, in Lucam. Hoc ipso perniciosior ambitio est, quod blanda quaedam est consiliatricula dignitatum, & saepe, quos vitia nulla delectant, quos nulla potuit mouere luxuria, nulla auaritia subruere, facit ambitio criminosos. Habet enim forenses gratiam, domesticum periculum, & ut dominetur alijs, prius seruit, curuatur obsequio, ut honore donetur. CYPRIANVS. Etiam in sinu sacerdotum ambitio dormit, ibi sub umbra recubat, in secreto thalami se fraudulenter occultat. Simon Apostolorum temporibus venalem putans spiritum sanctum Petrum donis aggreditur, & tentat emere potestatem, per quam plura lucretur, Hac sacrilegij forma per omnia officia gradusque discurret, & nihil intentatum ambitio praetermittit. Nec dubitet quisquam diaboli haec esse negotia, & mundinatores eius, quicumque haec exercent commercia.

III. REMEDIUM. Considera quid Gentilium sapientissimi de

ea scripserint. **M. T V L L I** in libris de officiis hæ sunt sententiæ. *Mi-* Cic. 1. offic. & 23
serri ma est omnino ambitio, honorumque contentio. Et. Complures se scelere contami-
narunt imperij cupiditate. Et. *In liberis ciuitatibus regnandi cupiditate nihil tectius,*
nihil sedius excogitari potest. **S E N E C A** in epistolis. *Relinque ambitum,* Sen. ep. 84
cumida res est, vana ventosa, nullum habet terminum: tam sollicita est, nec quem ante se
videat, quam ne alium post se. Laborat inuidia, & quidem duplici: & inuidetur ei, &
inuidet ipse. Vides, quam hic miser sit. Confragosa in fastigium dignitatis via est. Et
rursum. Ambitio ipsi nature vim parat. Non ille ire vult, sed non potest stare: non
aliter, quam in præceptis deiecta po. dera, quibus eundi finis est, iacuisse. Quid Cincus
Pompeium in Africam, quid in Septentrionem, quid Mithridatem & in Armeniam
& omnes Asia angulos traxit? infinita scilicet cupido crescendi, cum sibi vni parum
magnus videretur. Quid C. Casarem in sua fata pariter ac publica immisit? Gloria &
ambitio, & nullus supra ceteros eminendi modus. Vnum ante se ferre non potuit, cum
*Respub. supra se duos ferret. Sic ille, iuxta illud **L V C A N I.** Nec fert Pompeius* Luc. lib. 1. bc. 2.
ne parem Casarve priorem. **P H A V O R I N V S** Philosophus apud Stobæ. Stob. serm. 2. 6p
um aiebat ambitiosos partim esse ridiculos, partim odiosos, partim mi- prouid.
serabiles. Ridiculos, quod ad maiora aspirarent. Odiosos, quod ea con-
sequerentur. Miserabiles, quod spe fallerentur sapius, non assequeren-
*tur, quod querebant. **T I M O N** verò cognomento *μωτινθρον* & auari- Serm. 8. de ius
tiam & ambitionem vocabat elementa malorum. Quemadmodum e- iust.
nim ex elementis omnia generantur naturaliter, sic ex auaritia & ambi-
*tionem omnia vitia generari.**

IV. R E M E D. Considera exemplum Christi saluatoris ab hono- Phil. 2. 6.
 rum cupiditate alienissimi. Nam primum, cum in forma Dei esset, non rapi-
 nam arbitratus esse se equalem Deo, vt loquitur Apostolus, semetipsum exina-
 niuit formam serui accipiens. Deinde vt seruus per annos triginta, & fabri
 filius intra maternos parietes latuit. Inde in publicum progressus,
 quasi seruus & peccator à seruo suo Ioanne baptista cum summo Matt. 3. 13.
 honoris omnis contemptu baptizari voluit. Desertum verò ingressus,
 diabolum de ambitione omnium regnorum mundi ipsum tentan-
 tem acci obiurgatione repressit, dicens *Vade Satana.* Eadem & Aposto- Matt. 4. 10.
 lum Petrum a dedecore & contumelia futuræ passionis dehortantem Matt. 16. 23.
 coercuit. Adhæc cum populus trans mare Galileæ ob patratum mi-
 raculum eum rapere, & regem facere vellet, in montem aufugit. Ioan. 6. 15.
 Et quia docuerat se non venisse ministrari, sed ministrare, tan-
 quam minister linteo se præcinxit, & pedes discipulorum suorum, inter
 quos erat proditor Iudas, lauit, dicens. *Exemplum dedi vobis, vt quemad-* Matt. 20. 28.
modum ego feci, ita & vos faciatis. Demum humiliavit se vsque ad mortem mortem Iohan. 13. 4.
Phil. 2. 7.

autem

Hebr. 12. 2

B. serm. 1. in
Missus est.

Matt. 16. 23.

Paul. in vita.

Epiph. ep. ad
Ioann.
Metaph. in vita.

Sulp. in vita.

A. ep. 148.

Ioan. in vita.

Pall. hist.
Laufraca. c. 12.

autem crucis, id est, omnium ignominiosissimam, & omnibus mundi honoribus è diametro contrariam. Quod in primis meditandum proponit B. Paulus. nam cum dixisset. *Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem IESVM qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta, subiecit. Recogitate enim eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem.* Recogitauit profecto B. BERNARDVS, dum alicubi ita scribit. *Erubescite super beatus. Deus se hominibus subdit, & tu dominari gestiens hominibus, tuo te proponis auctori & vimam mihi aliquando tale aliquid cogitanti Deus respondere dignetur, quod & suo increpando respondit Apostolo. Vade inquit, post me satana, quia non sapio ea, quæ Dei sunt. Quoties enim hominibus præesse desidero, toties Deum meum præire contendo, & vere non sapio ea quæ Dei sunt.*

V. R E M E D. Considera exempla sanctorum, qui omnes dignitates, honoresque respuerunt; non omnia quidem, quia sunt innumera, sed illustriora. S. AMBROSIVS, teste Paulino, à populo & imperatore Episcopus Mediolanensis postulatus, noctu ex vrbe aufugit, & cum Ticinum iter intendisset, non sine miraculo mane deprehendit se esse in porta Mediolanensi. Sanctus HERONYMVS ita refugit omnes honores, vt, licet sacerdos, tamen ministeria sacerdotis in suo monasterio exercere reformidatit. Sanctus CHRYSOST. teste Metaphraste, veritus ne ad honores eucheretur, in solitudinem aufugit: sed Flavianus diuinitus monitus è spelunca extractum sacerdotem fecit. vi deinde Antiochia ad Archiepiscopatum Constantinopolitanum pertractus. Sanctus MARTINVS, auctore Sulpitio, ne Diaconatum quidem, suadente sancto Hilario, suscipere voluit: ad Episcopatum autem coactus. Cum autem quidam Episcopi, vilitate personæ & habitus deterriti, consecrare eum nollent, valde gauisus est, eosdemque maiori honore deinceps, quam alios, persecutus est. Sanctus AVGVSTINVS, vt ipse confitetur, cognita morte sui Episcopi fugit ab vrbe, sed cum urgente populo inuitus ab Episcopo Hipponensi ad sacerdotium traheretur in ordinatione totus perfusus fuit lacrymis. B. GREGORIUS quoque, vt habet Ioannes diaconus, electus in summum pontificem non modo aufugit, sed etiam literis compellauit Mauritium imperatorem, ne consentiret electioni. Indicio autem cælesti columnæ igneæ proditus, & pontifex factus, primus se epistolis *seruū seruorum* appellauit. S. AMMONIVS eremita, teste Palladio, aurem sibi præcidit, ne fieret Episcopus. Sanctus MALACHIAS, vt scribit sanctus Bernardus in eius vita, non suscepisset Episcopatum, nisi Episcopi cōgregati illi anathema comminati fuissent, Omnem siquidem locum sublimem & excelsum velut præcipitium, aut idem, reformidabat. Ipse quoque sanctus BERNARDVS, & post eum

A M B I T I O .

eum S. Thomas Aquinas, S. Bernardinus, alique complures non se-
mel Episcopatus delatos repudiarunt. Et noti sunt hoc seculo, qui in
ordinem patrum purpuratorum non ante referri se passi sunt, quam in
virtute obedientiae à summo pontifice cogentur.

VI. R E M E D I V M . Considera cur sancti viri iam nominati tanto-
pere refugerint dignitatem Episcopalem. Nimirum, intelligebant,
quo ad sublimius fastigium prouherentur, hoc se ad ampliorem vitæ
morumque perfectionem obligari. Legerant illud sapientis. *Iudicium* Sap. 6. 6.
durissimum his, qui præsumunt, fiet. Et Potentes potenter tormenta patientur. Et il-
lud Christi. *Cui multum datum est, multum quæretur ab eo.* Et illud Apo-
stoli. *Obedite præpositis vestris, ipsi enim peruisigilant, quasi rationem pro animabus* Luc. 12. 48.
vestris reddituri. Vnde vnus ex illis in Pastoralis suo ita scripsit. *Prælati* Heb. 13. 17.
tot sibi coronas multiplicat, quot Deo animas lucrifacit, sic si peruersa perpetrat, tot Greg. 3. p. c. 5.
morbis dignus est, quot ad subditos sua perditionis exempla transmittit. Et alius Chryl. hom. 3.
pro concione exponens Acta Apostolorum dixit. *Si nouisses quod Episco-* in Acta.
pus debet omnium onera gestare, quod aliis irascentibus detur venia, ipsi vero ne qua-
quam, quod aliis peccantibus superest excusatio, ipsi verò minimè, haudquaquam
festinasses ad primatum, haudquaquam accurrisses. Hic enim omnium linguis ex-
positus est, omnium iudiciis obiectus, et sapientium et insipientium curis perpetuis
obtrunditur, cum diurnis, tum nocturnis. Et infra. *Non temere dico, sed ut affectus*
sum, ac sentio. Non arbitror inter sacerdotes multos esse qui salui fiant, sed multo
plures, qui pereant. In causa est: quoniam rex excelsum requirit animum. Multas
enim habet causas, quæ depellant ipsum à suis moribus, et innumeris oculis illi vndi-
que opus. Non vides, quam multas res oportet adesse Episcopo, ut sit appositus ad do-
cedendum, ut tolerans malorum, ut tenax sit ac fidelis in doctrina sermonis? Quantæ
hoc difficultatis? et quod alii peccant, illi imputatur. Nihil dico præterea, si vel vnus
tantum decedat non iniuriatus, nonne totam ipsius subuertit salutem? Vnius enim a-
niæ perditio, tantam habet iacturam, uti nullà ratio possit aestimare. Etenim si vnus
aniæ salutis tantum est, ut ob hanc filius Dei fieret homo, tantaque pateretur, perditio,
cogita, quantum conciliabit poenam? Quod si quis ob hominem in hac vita perditum,
morte dignus est, quanto magis ille?

VII. R E M E D I V M . Statue apud animum tuum, te nequaquam ad
Magistratus, Prælaturas, aliaque honorifica officia, quæ onus aliis im-
perandi annexum habent, aspiraturum: & si offerantur tergiuersatu-
rum, nisi vel cogat Maiorum auctoritas, vel caritas Christiana sapien-
tium iudicio ita postulare videatur. Deinde nec assumpturum quamuis
aliam dignitatem, licet ab onere eiusmodi immunem, nisi pater spiri-
tualis, qui conscientiam tuam habet perspectam id existimet ad maio-
rem Dei gloriam sine salutis tuæ iactura cessurum. Vbi autem susce-
peris, opta in animo, non tibi semper ab omnibus honorem officio a-
lioquin

A M O R S V I.

Eccli. 3. 20.

loquin congruentem deferri, memor dicti sapientis. *Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. In summo honore, inquit in sermonibus de tempore Augustinus, summa tibi sit humilitas. Honoris laus est humilitatis virtus.* Et Gregorius Magnus ad Ioannem Episcopum Rauenatensem. *Nil in Episcopali cervice splendidius fulget, quam humilitas.*

Aug. serm. 275.
Greg. lib. 2. ep. 54.

V I D E V. Gloria vana, superbia, vestium luxus.

A M O R S V I.

Remedia contra amorem sui.

Eph. 5. 29.

I. REMED. Considera quid proprie sit amor sui. Agnitio enim morbi, vt vulgo dici solet, dimidiata sanitas est. Amor ergo sui non est naturalis ille amor, quo iubemur proximos, sicut nos ipsos diligere, & de quo Apostolus dixit, *Nemo vnquam carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet: sed vitiosus, & a natura corrupta profectus, quo quis tantum studet suis commodis, nulla ratione habita vel diuinae gloriae, vel alterius finis honesti, vt docent SS. Patres. Repugnat autem hoc vitium e diametro caritatis virtuti, vel amori Dei, vt tradit B. AUGUSTINUS in libris de ciuitate Dei. Fecerunt, inquit, ciuitates duas amores duo: terrenam scilicet amor sui vsq; ad contemptum Dei: caelestem vero amoris Dei vsq; ad contemptum sui: illa in seipsa, haec in domino gloriatur.* Et est radix, fons & seminarium omnium vitiorum, vt late declarat idem Augustinus, & indicat D. Paulus in altera ad Timotheum epistola. Nam cum dixisset.

Bas. reg. breu. c. 54.
Greg. hom. 4. in Ezech.
Aug. l. 14. c. 28.

Aug. l. 22. de ciu. c. 22.
2. Tim. 3. 2.

In nonissimis diebus erunt homines seipsos amantes, mox subiungit, cupiditatis, superbi, blasphemii, parentibus non obediētes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes &c. & voluptatum amatores magis, quam Dei. Immo vix bonum aliquod opus facimus, etiam si arbitremur ad gloriam Dei factum, quod non isto vitio amoris sui inquinemus, dum occulte vel gloriam vel voluptatulam aliquam nostram in eo quaerimus. *Scimus, inquit B. GREGORIUS, quia vehementer claudit oculus cordis amor priuatus.* Quocirca omni ope contendere debes, vt hunc fontem obstruas, hanc radicem funditus extirpes, si ad virtutum, perfectaeque vitae culmen peruenire velis.

G. hom. 4. in Ezech.

Col. 3. 5.

Phil. 3. 19.

Ex. c. 28. l. 1.
1. Reg. 15. 23.

II. REM. Considera amorem sui non solum omnium peccatorum, grauiumque ac leuium esse parentem & altricem, sed etiam esse speciem idololatriae. Si enim, teste Apostolo, *auaritia, sim ulacrorum seruitus est*, eo quod auarus, pecuniam suam, dum ea vti non audeat, quasi statuam in arca defixam colat & adoret: gulosorum quoque & ebriosorum, secundum eundem *Deus Venter* sit, eo quod neglectis veri Dei mandatis cuticulae tantum curam dare videatur, quanto magis amor sui, suaeque voluntatis explende desiderium erit idolorum seruitus, ex quo & auaritia, & gula, caeteraque vitiorum capitalium pestes originem suam ducunt. Quam seruitutem ob oculos nobis posuit propheta Ezechiel, dum ait. *Dixisti, Deus ego sum: dedisti cor tuum quasi cor Dei.* Et Samuel, cum regi Sauli suae magis, quam diui-

divinæ voluntati obsequenti dixit. *Quasi peccatū ariolūdi est Deo repugnare, & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere.* Ille enim voluntatem suam Dei voluntati anteponebat, ac proinde eam supra Deū q. colebat & venerabatur.

III. REMED. Quia autē hic Amor sui valde humanā mentē excecet, vel ut loquitur B. GREGOR. *vehementer claudit oculū cordis, & idcirco non facile agnoscitur, maximè in excellentib. virtutū operib. ut in ipsa humilitate, & vanæ gloriæ contēptu, ut obseruauit B. AVEVST. in Confessionū libris.* *Sæpe enim, inquit, homo de ipso vanæ gloriæ contēptu gloriatur, ideoq. non iā de ipso gloria contēptu gloriatur:* Ita q. aduertere debes, quosdā huius pprii amoris effectus esse manifestos, nec à culpa læthalis peccati immunes, ut sunt septem peccata capitalia, aliāq. q. supra recensuit Apostolus, & in his facile pprii amoris ingeniū notatur. Alii verò sunt occulti, qui non facile agnoscuntur, & fere sunt noxæ leuioris & venialis. Exēpli loco sunt hi. Si in edēdo, bibendo, dormiēdo, ambulando, aliisq. adiaphoris actionib. nō tam necessitatis, q. voluptatis tuæ habeas rationē; si in cultu corporis, domus, suppellectilis sis exquisitior, q. communis hominū mos ferat; si ob vitū corporis naturale, vel officii tibi impositi vilitatē, vel ob inopiā parentū pudore suffūdare: si monitionē, vel reprehensionē molestè feras: si à quibusdam bonis operibus abstineas, ne à vulgo irrideare: si libenter de rebus ad laudem tuam vergentibus loquere, vel alios loquentes audias: si ob lapsum leuē aliorum facile ad iram accendere, si iniuriam acceptam agrè remittas. si tristeris, cum tuum iudiciū non ab omnibus probatur: si cui sis plus æquo familiaris. Et id genus alia.

IV. REM. Apud animum tuū constitue, & in matutina oratione propone, te omnia ad gloriā Dei, non ad comodū tuū facturum iuxta consiliū Apostoli ita scribitis ad Corinth, *Sine māducatis, sine bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriā Dei facite.* Et ad Colossenses. *Omne quodcūq. facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi, gratias agētes Deo & Patri p. ipsum:* ita enim fiet, ut nō solū amorē illū pprium q. domesticū latronem conficias, sed etiā operib. aliisq. adiaphoris, ut est opus edēdi & bibēdi, si in gratia Dei sis, pmerearis augmentū gratiæ & gloriæ. Si verò qd. cōmēdatione d. gnū priuatim, vel publicè egeris, id ex parte tua celare cōtendas, exēplo Christi, q. cū admiranda qd. dam patraffet, uti in sui transfuguratione, ea diuulgari vetuit: Si autē te inuito in publicū emanent, ea diuinæ gratiæ, nō tuæ industrię adscribe: & obrepenti cogitationi de vanā gloria cū Christo idēdē respōde. *Ego nō quero gloriā meā, Et si ego glorifico me ipsū, gloria mea nihil est.* Vel illud Davidis. *Nō nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriā.* Opera p. tium quoq. feceris, si nō ante cubitū cōcedas, q. cōscientiam tuā excusseris, nū aliqua in re comodū tuum, vel gloriā quaeris. *Quisquis enim vitæ suæ custodiā, inquit B. GREG. negligi, discutere,*

que agit, que loquitur, que cogitat, aut despicit, aut nescit, sibi metipso presens non est, quia semetipsum quotidie exquirere aut cognoscere sollicitus non est. Ille autem veraciter sibi in presenti est, qui se in suis actibus tanquam alium attendit. nam sunt multa peccata, que committimus, sed idcirco nobis graua non videntur, quia priuato nos amore diligentes, clausis nobis oculis in nostra deceptione blandimur.

V. REMED. Serio te dede proprii amoris abnegationi. Quod remedium dedit summus medicus Christus. *Qui vult, inquit venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Quod bifariam intelligi potest. Semel vt abnegete esse, quod es. Solus Deus negare se non potest, teste Apostolo. qui solus dicere potest. *Ego sum, qui sum.* Homo autem & quæuis creatura dicere potest, ego non sum, vel nihil sum, sicut dixit Paulus. *nihil, inquit, minus fui ab iis qui sunt supra modum Apostoli, tamen nihil sum.* Et S. Catharinæ Senensi initio visionum Dominus dixit. *Ego sum qui sum. tu es, que non est: hoc se scis, omnes laqueos inimici franges.* Immo quiuis ita sentire debet, nisi seductor sui esse velit. *Qui enim existimat se aliquid esse, inquit idem Paulus, cum nihil sit, ipse se seducit.* Qui autem nihil se esse putat, quomodo amorem sui retinere potest, vt commodum vel gloriolam in actionibus suis quærat? SECUNDO, abnegare temetipsum potes, si affectibus inordinatis renuncies, ac nouum hominem exuto vetere, vt loquitur Apostolus, induas. Sic enim abnegationem hanc exponit B. Basilius in regulis fufius disp. & S. GREGORIUS, qui sic scribit. *Tunc nos ipsos abnegamus, cum vitamur, quod per vetustatem fuimus, & ad hoc nitimur, quod per nouitatem vocamur. Pensamus, quomodo se Paulus abnegauerat, qui dicebat, Vivo autem, iam non ego: extinctus quippe fuerat saeuus ille persecutor, & viuere cæperat pius prædicator. si enim ipse esset, pius profecto non esset. Sed qui se viuere denegat, dicat, unde est, quod sancta verba per doctrinam veritatis clamat? Protinus subdit, viuit vero in me Christus, ac si aperte dicat. Ego quidem à memetipso extinctus sum, quia carnaliter non viuo, sed tamen essentialiter mortuus non sum, quia in Christo spiritualiter viuo.* DICES, difficile esse perfecte se abnegare, & omnem inordinatum sui amorem excindere. NON diffiteor. Fortasse ait idem Gregorius, laboriosum non est homini relinquere sua, sed valde laboriosum est relinquere semetipsum, minus quippe est, abnegare quod habet: valde autem multum est, abnegare quod est. Verum Christus idcirco mox adiecit (*& tollat crucem suam*) Laborem indicans opus esse, securim ad hanc omnium vitiorum radicem ponendam: crucem tibi, non Christi, sed tuam esse ferendam, nempe vt carnem tuam crucifigas cum conuulsione eius, sicut crucifixit Paulus, qui scripsit. *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo.* Et mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Quod si & hæc crucula tibi onerosa sit, attende ad postrema verba sententiæ Christi. (*& sequatur me*) si enim duce Christo cruci-

Matt. 16. 24.

2. Tim. 2. 13.

Exo. 3. 14.

2. Cor. 12. 11.

Raym. in eius vita.

Gal. 6. 3.

Eph. 4. 24.

Bas. q. 6. & 8.

G. hom. 32. in

Euang.

Gal. 2. 20.

Greg. ib.

Matt. 16. 24.

Matt. 3. 10.

Gal. 5. 24.

2. Cor. 9. 27.

Gal. 6. 14.

erucifixio viam crucis & mortificationis ingressus fueris, omnia reddentur leuiora, quia ipse dixit: *Iugum meum suauis est, et onus meum leue.* Matth. 11. 30.

V I D E plura verbo. *Ambitio. Auaritia. Familiaritas nimia. Gloria vana. Gula. Immortificatio passionum. Iudicium proprium. Luxuria, Mortis metus. Tristitia, Voluntas propria, Voluptas carnis,*

A V A R I T I A.

Remedia contra Auaritiam.

I R E M E D. Considera in diuinis scripturis Auaritiæ crimen omnibus aliis quasi anteponi. Sic enim loquitur Ecclesiasticus. *Nihil est iniquius, quam amare pecuniam: hic enim et animam suam venalem habet.* Et paulo ante. *Auaro nihil est scelestius.* Et rursus. *Qui aurum diligit, non iustificabitur.* Paulus quoque Apostolus auaritiam hic appellat idolorum, vel simulacrorum seruitutem. Deinde eadem scripturæ auaros disertè regno cœlorum excludunt, & æternis inferni pœnis addicunt. Sic enim loquitur Propheta Baruch. *Vbi sunt, qui argentum thesaurizant, et aurum in quo confidunt homines? Exterminati sunt, et ad inferos descenderunt.* Et Christus. *Vae vobis diuitibus, qui habetis hic consolationem vestram.* Et. *Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum cœlorum.* Tum Apostolus. *Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem et in laqueum diaboli, et desideria multa inutilia et nocua, quæ mergunt homines in interitum et perditionem.* Ecclesi. 10. 10. Cap. 31. 5. Ephes. 5. 5. Col. 3. 5. Bar. 2. 18. Luc. 6. 24. Matth. 19. 24. 1. Tim. 6. 9. Iac. 5. 1. **Ac B. I A C O B V S.** *Agite nunc diuites, plorate ululantes in miseris vestris, quæ aduenient vobis. Diuitiæ vestrae putrefactæ sunt, et vestimenta vestra à tineis comesta sunt. Aurum et argentum vestrum aruginauit, et arugo eorum in testimonium vobis erit, et manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus.*

II. R E M E D. Considera quam grauitè S. Patres de hoc vitio censent. **B A S I L I V S.** *Quanto diuitia magis augeantur, tanto plus adferunt curarum. Indes expectatur, et auarus cogitat, ne in ius trahatur, ne orphanus suas lacrymas in foro palam faciat. Nocte consultat, quomodo mane quosdam aduocatos sibi præparet, quomodo in iudicio mentiendo pauperem destitutum opprimat. Eius animam hæc cura continuo mordaces absumunt. Canis latrat, auarus putat furem esse. Mus forte persrepat, et auari cor salit, quemlibet vel puerum suspellum habens. Filios iam grandes vi insidiatores afficit, quod eorum iam ætas successionem expetere videtur.* Basilioni. 21. Amb. ser. 55. Act. 5. 5. 1. Tim. 6. 10. **A M B R O S I V S.** *Exemplum auaris omnibus in Anania, à Petro punito, propositum est: ut qui eiusdem criminis reus fuerit, eiusdem supplicij in iudicij die sententia feriat. Grande igitur malum est auaritia, in omni malorum omnium est origo, sicut ait Apostolus, radix autem omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide. Vides ergo, quia qui pecuniam appetit, fidem perdit: qui aurum redigit, gratiam prodigit.*

- Auaritia enim cecitas est, errore in religionis inducit. Ceca, inquam, est auaritia, sed diuersis fraudum oculata ingenis: non videt quae diuinitatis sunt, sed cogitat quae cupiditatis sunt. CHRYSOSTOMVS oratione in auaros. Quid manibus auari scelertius? quid oculis impudentius & caninum magis? non aspiciunt homines ut homines, neque caelum ut caelum, sed omnia pecuniã esse putat. Et infra. Vrsi & lupi, ubi saturati sunt, abstinent se cibo, isti vero non satiantur. Atqui propterea manus nobis fecit Deus, ut aliis opitulemur, nõ ut insidiamur. Talium ora etiam ferarum ora sunt, quin his etiam truculentiora. Etenim verba promittunt, magis quam ferarum dentes venenum emittentia, et necem patrantia. Quod si mentem quoque talium, quis excuiat, iam non ferarum modo, sed etiam demones ipsos appellabit. AVGVSTINVS in libris de ciuitate Dei causam reddens, cur Apostolus auaritiam vocet idolorum seruitutem. Peruersi, inquit, et auari frui volunt nummo, ut autem Deo, quoniam non nummum propter Deum impendunt, sed Deum propter nummum colunt. Quia nimirum, licet Deum agnoscant, et reuerentur, tanquam rerum omnium parentem, immoderato tamen affectu, quo in sordibus pecuniae inhaerescunt, eum vltimum sui finem, et summum bonum esse re et facto negare videtur. Itaque in pecunia conquiescunt, ac si nulla Dei cura et prouidentia agere deberent unquam. Et alibi, non solum euarius est, qui rapit aliena, sed et ille auarus est, qui cupidè seruat sua. quomodo indicaturus est te, cum non solum seruas tua, sed etiam quæris aliena? GREGORIUS lib. 4. moral. Rarum valde est, ut qui aurum possidet ad requiem tendat, dum per semetipsam veritas dicat. Difficile, qui pecunias habent, intrabunt in regnum caelorum. Nam, qui hic multiplicandis diuitiis inhiant, quæ alterius vitæ gaudia sperant? Quod tamen, ut redemptor noster valde rarum, et ex solo diuino miraculo euenire posse monstraret: apud homines, inquit, hoc impossibile est: apud Deum autem omnia possible sunt.*
- III. REMED. Considera quid Ethnici de ea senserint. CICERO in oratione pro Quintio. Nullum, ait, est officium tam sanctum, atque solenne, quod non auaritia comminuere, atque violare soleat. Et in Vatinius. Nemo tam firmum habuit presidium, quod auaritia non infregerit, atque debilitauerit. Et ibid. Auaritia insatiabilis immensa et incredibilia potest. Ita, n. hominum mentes obstrictas tenet, ut eas nullo tempore respirare permittat. Et li. 2. officiorum. Nullum est vitium tetrius, quam auaritia, praesertim in Principibus et Reipublicæ gubernantibus. Habere enim quæstui Reipublicæ non modo turpe est, sed scelertum et nefarium. SALVSTIUS in Catilinario. Pecunia, imperiique libido, sunt quasi materies omnium malorum. Namque auaritia fidem, probitatem, ceterasque bonas artes subuertit: proque his superbiam, crudelitatem, Deos negligere, omnia venalia habere, edocuit. VAL. MAXIMVS li. 9. c. 4. Protrahatur etiam in medium Auaritia, latèntium indagatrix lucrorum, manifeste prædæ avidissima vorago, nec habendi fructu felix, et cupiditate quærendi miserissima. SENECA epist. 115. Nulla auaritia sine pœna est, quamuis satis sit ipsa pœnarum. O quantum lachrymarum, o quantum laborum exigit? quæ misera desiderata, quam misera parvis est? Adde quotidianas sollicitudines, quæ pro modo habendi quodque di seruiant. Maiore tormento

mento pecunia possidetur, quam queritur. Quantum damnis ingemiscunt, quæ & magna incidunt, & maiora videntur. Et epist. 108. Non vides, quemadmodum theatra confonent, quoties aliqua dicta sunt, quæ publicè agnoscimus, & consensu vera esse testamur. Desunt inopia multa, avaritia omnia. In nullum avarus bonus est, in se pessimus.

IV. REMED. Considera exemplum Christi & sanctorum, qui avaritiæ hostes infestissimi verbis & factis fuerunt. CHRISTVS enim cum filius Dei esset, vel ut loquitur Apostolus, in forma Dei, Deo æqualis, rex regum & Dominus dominiatum, exinaniuit se, & formam serui pauperis accepit; in stabulo, ut pauper natus, pannis inuolutus, & in præsepio depositus: in sinu parentum pauperum suo labore, & alienis opibus sustē. Phil. 2. 6.
 tatus, ita ut de se dixerit. *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidus: filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet.* Pauper denique & nudus in lecto crucis mortuus, & in alieno sepulcro humatus. Deinde pauperes elegit discipulos, eisque auctor fuit ut ad arctissimam totius vitæ paupertatem, relictis omnibus quæ in mundo haberent, vel habere potuissent, religione voti se obstringerent. Immo omnibus Christianis consuluit eandem paupertatis perfectionem dicens diuiti adolescenti. *Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo; & veni sequere me.* Luc. 9. c. 8.
 Quod Matth. 19. 21.
 consilium & primi Christiani, ut est in Actuum Apostolicorum historia, quorum nullus quicquam suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia, sequuti sunt, ac postea quamplurimi religiosi clerici, omnesque monachi, eorumque fundatores. Antonius, Basilius, Benedictus, Bruno, Dominicus, Franciscus, &c. idque non alia de causa fecerunt, quam ut ab avaritia, vel cupiditate omnium malorum radice, ut eam describit B. Paulus, quam Act. 4.
 longissime abessent. Tum ut eo capaciores essent opum cælestium paupertatis professoribus promissarum, dixerat enim Christus. *Beati Pauperes Spiritum quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Dixerat diuiti adolescenti. *Et habebis thesaurum in cælo.* Dixerat Apostolis. *Omnis qui reliquerit domum, &c. centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.* 1. Tim. 6.

V. REMEDIUM. Considera, quam grauibus pœnis diuinitus castigata sit quorundam avaritia. Verba describam Io. CASSIANI ex libro Matt. 5. 3. & 19. 21.
 7. insti. monast. *Gieze ea quæ ne antea quidem possederat volens acquirere non modo gratiam Prophetiæ non meruit possidere, quam per successionem vel hereditariam à suo habuit magistro suscipere, verum etiam e contrario æterna lepra sancti Elisæi maledictione perfunditur. Iudas autem volens resumere pecunias, quas antea Christum secutus abiecerat, non solum ad proditorem Domini lapsus, Apostolatus perdidit gradum, sed etiam vitam ipsam communi exitu finire non meruit, eamque biathanati morte conclusit. Ananias verò & Sapphira reseruantem partem quandam quæ ex his possederant Apostolico ore morte multantur.* Cast. c. 14.
 Hæc ille. Eadem de causa miserè perierunt & alii, 4. Reg. 5.
 Vt Achan anathematis reus. Saul rex post victos Amalecitas mandati Matth. 24.
 diuini Act. 1. 20.
Act. 5. 7.

Iof. 7. 1.
1. Reg. 15. 20.
3. Reg. 8.
3. Reg. 27.
Hier. cp. 22.

diuini præuaricator. Iohel & Abias iudicii peruersores. Achab cum Iezabele Naboth Iesrahelita interfector, & vinearum cruentus occupator. Post Apostolicum æuum & monachi avaritiæ rei non leuiter puniti sunt.

Greg. l. 4. c. 35.

HIERONYMVS in Epist. ad Eustochium de re Nitriæ recenter gestæ sic scribit. *Quidam ex fratribus parcius magis quam avarior, & nesciens triginta argenteis Dominum venditum, centum solidos, quos lina texendo acquiserat, moriens dereliquit. Initum est inter monachos consilium (nam in eodem loco circiter quinq; milia diuisis cellulis habitabant) quid facto opus esset. Alij pauperibus distribuendos esse dicebant: alij dandos Ecclesiæ: nonnulli parentibus remittendos. Macarius verò & Pambro, & Isidorus, & ceteri, quos Patres vocant, sancto in eis loquente Spiritu decreuerunt infodiendos esse cum eodem, dicentes: Pecunia tua tecum sit in perditionem. Nec hoc crudeliter quisquam putet factum: tantus cunctos per totam Ægyptum terror inuasit, ut unum solidum dimisisse sit criminis.* Simile exemplum est in dialogis GREGORII Magni. nam cum monachus lusus morti vicinus deprehensus esset occultasse tres aureos in quodam medicamento, B. Gregorius tum Abbas ei dici curauit eum ab omnibus fratribus ea de causa abominatum: post mortem autem voluit corpus eius in fossam sterquiliniæ proiici, & tres aureos, quos reliquerat cum illo infodi, ac ab omnibus clamari. *Pecunia tua tecum sit in perditionem.*

1. Tim. 6. 9.

VI. REMED. Considera pericula animi & corporis, in quæ avari se coniciunt. Nam qui volunt diuites fieri, ait Apostolus, *incidunt in tentationem & laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt hominem in interitum & perditionem.* Verè & multos, & occultos, & arctos laqueos diabolo suppeditat avaritia. Multos, quia, ut scribit Sapiens, *creatura Dei in odium facta sunt, & in tentationem animabus hominū, & in miscipulam pedibus insipientium.* Occultos, quia teste Iob, *abscondita est in terra pedica eius.* adeo si quidem subtiles sunt in commerciis, maximè in vsura & Simonia, ut summi etiam Doctores vix eos agnoscant: adde quod velati sint, vel necessitate naturali, ne aliquando desint ad vitam necessaria ipsi, vel liberis: vel spiritali, ut suppetant quæ erogentur in pauperes. Arctos vero, quia tot

Sapi. 4. 11.

Iob. 18. 10.

Ecl. 5. 9.
Prou. 27. 10.

vinculis constringitur, quot habet possessiones, & quidem duplici amore constringitur, sui videlicet & filiorum: nam in morte cum desinit eas amare sibi, adhuc amat filiis, aliisque hæredibus. Addit Paulus eos incidere in desideria multa inutilia, & nociua, quia ut ait Ecclesiasticus. *Auarus nunquam impletur pecunia.* Et Salomon. *Infernus & perditio nunquam implentur. Similiter & oculi hominum insatiabiles.* Nam quo plus opes crescunt, hoc situm habendi magis accendunt; sicut hydropicus quo plus bibit, hoc inflatur amplius. Cum quo conuenit illud Poætæ Ethnici. *Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.* Vnde consequens est, ut avaro perinde sit opibus abundare, ac nihil habere. *Est quasi diues, inquit idem Salomon, cum nihil habeat.*

auen. Sat. 14.
Prou. 13. 7.

habeat: & est quasi pauper, cum in multis diuitiis sit. Et Hieron. ep. ad Paulinum. *Hieron. ep. 107.*
 Antiquum dictum est. Avaro tam deest, quod habet, quam quod non habet. *1. Tim. 6. 9.*
 Credenti totus mundus diuitiarum est: infidelis autem etiam obulo indiget. Denique incidunt avari & in desideria nociua, iuxta Apostolum quae mergunt hominem in interitum, *Greg. 1. 15. mor. 6.*
 & inserunt doloribus multis. Nam diuitiae, ut bene quidam dixit, & magno labore acquiruntur, & multo timore possidentur, & summo dolore amittuntur. *Eccl. 5. 10.*
 Est & alia infirmitas pessima, ait Sapiens, quam vidi sub sole diuitiae *Eccl. 4. 13.*
 conseruatae in malum Domini sui: pereunt enim in afflictione pessima. Et rursus. O mors quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis.

VII. R E M E D. Considera quanta stultitia in accumulandis opibus committatur. Avaro enim thesaurizanti apud Lucam dictum est. *Luc. 12. 20.*
Stultus es, hac nocte animam tuam repetunt a te, quae autem parasti, cuius erunt? Prima ergo stultitia avari est, quod improbo labore congerat ea, quibus forte nunquam est fruiturus. Vnde B. Paulus voluit Timotheum diuitibus praecipere, *1. Tim. 6. 17.*
ne sublimis sapereut, & sperarent in incerto diuitiarum. Putant enim & diuites, se hoc aliis hominibus sapientiores, quo plura corradunt. *Sapiens sibi videtur,* inquit Salomon, *vir dives: pauper autem prudens scrutabitur eum. 2.* Stultitia est, quod thesauros cogerat, ubi omnes eius antecessores illos amiserunt, nempe in mundo. 3. quod usurpat sibi quae sua non sunt. *Domini est terra,* inquit Psaltes regius, *& plenitudo eius.* Quando canis duos homines sequitur, vter eius Dominus sit, nescitur, quousque alter ab altero discesserit: sic in hac vita nescitur, quis opum collectarum sit Dominus, at post mortem patet, non esse avari, sed mundi, quia soli mundo relinquuntur. Rursus, quemadmodum, si quis ad conuiuium praelatum inuitatus existimaret omnia sua esse quae apponuntur, & ideo mensis remotis pateras, lanceasque argenteas domo efferre vellet, ei a ianitore diceretur, illa eius non fuisse nisi quoad usum, & idcirco redderet: sic auaris, qui omnia bona credunt esse sua, dum hac vita excedunt, ianitor, mors, dicit illud Pauli. *Nihil intulisti in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre quid potestis. 1. Tim. 6. 7.*
 4. Stultitia est, quod ex Domino faciat se seruum, Avarus enim possidetur a diuitiis suis, non eas possidet, nec enim aliter habet eas, quam compedes habere dicitur, qui est copeditus. Et ratio est, quia in omnibus obedit illis, secundum illud Ecclesiastae. *Pecunie obediunt omnia. Imò facit se mancipium earum vilissimum, quia si in morbum incidat, non audet medicum aduocare, ne iacturam pecuniae faciat: ac licet tota vita sedulo eis cumulandis seruiarit, tandem eum sine vlla mercede omnibus spoliatum dimittunt. Dives enim cum dormierit, ait B. Iob. nihil secum auferet. 5.* Stultitia, vel potius insania est, quod laqueos quaerat, quibus se suosque, uxorem, liberos & totam familiam strangulet & perdat in aeternum. *Cor iniqui, ait Sapiens, inquit, mala, id est, laqueos occultos vsuræ, simoniae, aliorumque occultorum contractuum, quibus se suosque participes facit.* *Prouerb. 27. 21.*



1. Tim. 6. 8.

Laert. lib. 6.

1. Tim. 6. 18.

Tob. 4. 11. 12.

VIII. R E M. Si diues non es, & tamen inordinatè affectus ad opes, tolle affectum, & statu tuo contentus sis. *Habentes autem alimenta, ait Apostolus, & quibus tegamur, his contenti simus.* Sic enim securior, tranquillior, & ad virtutes cōparandas aptior existeris. nam & Philosophi Ethnici, vt Crates Thebanus apud Laertiū, opes abiecerunt, vt aptiores esset ad capefendam sapiētiā. Si verò opibus abundas, non speres in incerto diuitiarum; sed in Deo viuo, vt idem Apostolus monet, & diues fias in bonis operib. studeasq; facile tribuere indigentibus, communicare, & thesaurizare tibi fundamentum bonum in futurum vt apprehendas veram vitam. *Elemosyna, inquit liberalis Tobias, ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram summo Deo, elemosyna omnibus facientibus eam.*

VIDE V. Impatiētia in paupertate. Impatiētia in damno rerū tēporaliū.

B

BLASPHEMIA.

Remedia contra blasphemiam.

Exod. 20. 7.
Coloss. 3. 8.Iac. 5. 12.
Leu. 24. 14.2. Reg. 12. 14.
Matt. 12. 31.

Mar. 3. 29.

Cypr. ad Iubaianum.

Basil. quæst. 273.

PRIMUM Remediū. Considera dicta Spiritus S. in factis literis. Primo. n. prohibet blasphemiam, vt in Exodo. *Non assumes nomē Domini Dei tui in vanum.* multo ergo minus ad blasphemiam. Et apud Apostolum. *Nūc autem deponite & vos oīa, iram, indignationē, malitiā, blasphemiam.* Et. *Sit sermo vester, est est, non non 2. grauissimā poenā blasphemis denunciat.* *Educ, ait in Leuitico, blasphemum extra castra, & ponant oēs qui audierūt manus sup caput eius, & lapidet eū populus vniuersus.* Et ad regē Dauid. *Quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini propter verbū hoc, filius qui natus est tibi morte morietur.* Et apud Matthæum. *Omne peccatū & blasphemia remittetur hominibus, Spiritus autē blasphemia nō remittetur.* Et apud Marcum. *Qui blasphemauerit in Spiritum S. non habebit remissionem in aeternum.*

II. REMED. Considera SS. Patrum sententias. CYPRIANVS de hæreticis baptizandis. *Si cuius patrī aliquis conuiciū fecerit, si contumeliosus & proca pudorē eius & honorem maledico ore lacerauerit, indignatur filius, & irascitur & lesi patris iniuriā quibuslibet modis vindicare conatur. Tu Christū putas impiis & sacrilegis, & in patrē suū blasphemis impunitatē dare? BASILIVS in regulis breuioribus Ex ea blasphemia q̄ Pharisæi vsurparunt. (Matt. 12.) perspicuū est eū etiam nūc blasphemare Spiritum S. hoc est, detrahere Spiritui S. quicumq; effectus & fructus Spiritus S. aduersario ipsius attribuit: q; peccatū incurrimus pleriq; nostrū, q; securi periculi strenuū sæpe numero temere appellamus ambiciosū, & ei qui iusta indignatione pzelitū moueatur, & eā re indicās iracundiā calūniā impingimus, & ad eūdem modū alia ini-*
quis